



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Jacobi Usserii Armachani Annales Veteris Et Novi Testamenti

Ussher, James

Lutetiæ Parisiorum, 1673

Lectori.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14425**

## LECTORI.

**H**ABES hic, Lector, *Annalium* nostrorum partem alteram: quam in Rhodi & Insularum inter Asiam & Europam positarum historia auctiorem priore invenies. Licet enim eas prius, laboris minuendi gratia, ad Græciam referre statuerim: considerato tamen in Orientalis Imperii divisione Asiæ diæcesi Insularum provinciam fuisse attributam, in Asia quoque & ipse collocandas eas esse postea judicavi. Quæ de ostentis, presagiis & oraculis profero, ex authorum, è quibus ea sunt producta fide refero: quid de iis sentiendum sit, doctissimorum virorum, quorum de hoc argumento scripta accurata extant, iudicio relinquens. In Cornelio Tacito citando, Berneggeri & Freinsheimii editionem, capitibus distinctam, sum secutus. Eorum quæ in Evangelicæ & Apostolicæ Historiæ dispositione ampliorem confirmationem requirere videbuntur, in Chronologia sacra, \* (si vitam Deus & vires ad eam perficiendam dederit) rationem sum redditurus. Interim errata, quæ vel mea vel operarum incuria sunt admissa, ut emendes rogo.

\* Quam in fine hujus Tomi, sed (morte auctoris) non perfectam, damus juxta Editionem editam Oxonii ann. 1660.